

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XCVII. Differentia 23. Iure Canonicō ex nefario vel incestuoso concubitu  
nati à parentibus alendi sunt,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

Iure Canonico ex nefario vel incestuofo concubitu nati à parentibus a-  
lendi sunt; c. Cum haberet. De eo qui duxit uxor. & secus jure civili.  
auth. Ex complexu in fin. C. De incest. nupt. Barto l. 60. Io.  
Bapt. a S. Blas. 26. Galvan. 40.

1. Nefariae nuptiae vocantur, quæ cum  
ascetria, vel rapta sunt. Incestuo-  
se, quæ cum consanguineæ, quæ vel inter  
ascendentes & descendentes. Damnatae,  
quæ legibus vetantur: ut tutoris cum pu-  
pilla, liberti cum patronâ. Hoc posito  
m. cit. Cum haberet. Clemens III præci-  
pit, ut parentes, qui per adulterium fi-  
lios genuerunt, alimenta subministrarent.  
Quod Glotta judicio de benignitate ca-  
nonica procedit, quæ vigorem sumit à  
jure naturali. Nam educatio filiorum de  
jure naturali est. c. Ius naturale. Dist. 1.  
& ex instinctu naturæ procedit. Vnde  
jus illud præfertur civili: filij tamen non  
succedunt in bonis paternis, & illegiti-  
mi sunt. c. Cùm inhibitio de clandest. de-  
fonsat. V. Barbos. cum alijs DD. in prædi-  
c. Cùm haberet & qui putat amplian-  
dum primo ut obligatio alendi spurious,  
& illegitimos à patre in hæredes transeat.  
Dunn. in Reg. 367. n. 4. aZ. 1. l. 5. e.  
21. §. Item 2. ut in clericis quoque lo-  
cum habeat, qui ex fructibus beneficij  
sui libris illegitimis teneantur alimenta  
prestare. Navar. Despol. cleric. § fin Ter-  
tio ut patre deficiente mater teneatur.  
Surd. De alim. it. 1. Q. 15. Quarto ut  
pater nepotes quoque descendentes ab  
illegitimis alere teneatur: præterea auus  
nepotem spurius, & reliquos Gama Decis

11. o. 7. Quinto è contrario filios non  
solum legitimos, sed etiam illegitimos,  
obligari jure naturali, & humano ad a-  
lendum parentes Menoch. de presump. l.  
3. Q. 29 n. 16. Sexto ut etiam dotare fi-  
liam spuriam pater teneatur. Molin. de  
primog. l. 2. c. 15. Reginald. l. 20. s. 5.  
c. 3.

II. aliam viam insistens Cæsareum ius  
quasi in liberis parentum delicta ulci-  
cens alimoniam subtrahit. Auth. Ex Com-  
plexu cit. Ex incesto & damnato concu-  
bitu natos omnis paternæ substantiæ be-  
neficio indignos, & ne alenos quidena  
à parentibus judicat. Et novella 89. c. 15.  
Omnis, qui ex complexibus, aut nefarijs,  
aut incestis, aut damnatis procecerit,  
neque naturalis nominatur, neque alen-  
dus est à parentibus, neque habebit  
quoddam ad præsentem legem partici-  
pium. V. Laym lib. 5. Tr. 10. c. 5. num.  
4. Comitol. lib. 1. Q. 75 Azor. 11. lib.  
2. c. 4. Q. 7. Dornspurg. Tr. De except.  
crim. cauf. 7. 1. sect. 5. c. 16.  
num. 52. & sequ.

\* \*

\*